



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Regulus Episc. 30. Martij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

Mart.
em,
fieri,
rum
è pa-
qui
amo
uod
niam
d ab
sed
atifi-
um
um
em
rco
&
lia
el-
ub
int
si-
uz
n-
t,
us
u-
l-
li
c
-
-

30. Mart. VITÆ SANCTORUM. 209.

Confite te peccatum , ut Christi possis ve-
nire ad mensam , ut sit tibi panis Chri-
stus , & panis ipse frangatur in tuorum ve-
niām peccatorum : ut fiat tibi poculum
Christus , qui in tuorum delictorum remis-
sionem funditur. Agnosce te peccatorem , ut
tecum prandeat Christus. S. Pet. Chrys.
serm. 30.

S. REGULUS EPISC. 30. Martij.

I Tener in Gallias D. Dionysio cum ge-
mino comite in stituenti tertius co-
mes R E G U L U S accessit , non infe-
licibus auspiciis. Etenim cùm illi sanguine
suo sterile etiamnum solum rigassent ,
inter divina REGULUS ejus rei nuntias
ternas columbas habuit , quæ singulæ
singulorum Martyrum nominata in schedâ
ferebant descripta. His ille auspiciis fre-
tus bellum omni superstitioni indixit ,
templa passim Deorum evertit , D E O
posuit. Cùm ex humano hospitio Sty-
gis incolam exigeret , voluit hic in mu-
lum REGULI immigrare. Atquò virtutem
crucis vel ab hoc magistro docerentur
nostrî hæritici , mulus pede priore in
pulvere crucem scripsit , itaque longè
hostem proscriptis. Divus vero , qui adi-
tum hunc orco negavit , exitum è carceri-
bus Christianis facile indulxit. Nam cum
permulti inter vincula agerent , REGU-
LUS scipione clavis vicem usus , ostium

Q.

pul-

210 VITÆ SANCTORUM. 31. Mart.
pulsavit, aperuit, vincos omnes dimi-
sit; cumque urbi Præfctus unam pro
omnibus vicariam victimam REGULUM
morti distinasset, in somnis Dionysius
adfuicit, mortemque, quam REGULO pa-
rabat, ipsi judici intentavit. Illud simul
lepidum, simul mirandum. Ad concio-
nenem dicebat; sed dicentem garrula ani-
malia ranæ sapè sèpius interpellabant.
Imperavit REGULEUS silentium immori-
geris, & ecce continuò tacitæ audiverunt
declamantem. Dixisse tunc illas in ho-
mines iterum, hodie verò homines in ra-
nas iterum abiisse. Ex Petro de Nat.

Si amor Dei tenere te non potest, saltē
teneat & arceat timor Iusticii, metus ge-
hennæ, laquei mortis, dolores inferni, ignis
urens, vermis corrodens; sulphurfætens,
tartarea & omniamala. S. Bern. de Int.
dom. c. 63.

S. BALBINA V. 31. Martij.

Puellis aliis sponsum forma, BALBINÆ
deformitas conciliavit. Id in hunc
modum accidit. Ad miraculum primò
formosa fuit, obque id parenti Quirino
Tribuno unicè chara. Sed quia hic Ale-
xandrum Pont. itemque Hermetem Præ-
fectum ob fidem in vinculis habebat,
Numen vindicare impietatem patris in
filiâ (oculo parentis) statuit, colloque
virginis ingens onus, & quod omnem

pul-